



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De tecto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

## De tecto.

**A**N fornice, vel tabulato, vel tegulis tantum constet.

Quot fornicis arcibus, aut tabulatis tignis tectum constet; & quæ distantia ab vno tigno seu arcu ad alium.

Quot columnis pilifve constant naues; earumque inter se distantia, longitudo, latitudoque; seu crassitudo.

## De Ostijs.

**O**stia quot sint ad usum populi; & quibus in locis.

Item si quæ ad usum Sacristiæ, vel campanilis, vel Cœmeterij, vel cœdium clericalium.

## De Fenestris.

**F**enestræ quibus in locis sint.

## De Capella maiori.

**S**itus & positura.

Mensura longitudinis, altitudinis, & latitudinis.

An fornicato opere, vel tabulato vsup.

Quo loco fenestræ.

Altitudo pavimenti capellæ à reliquo pavimento ecclesiæ.

Altitudo plani bradellæ à pavimento capellæ.

An ad Orientem capella spectet, vel ad aliam partem.

Distantia altaris à muro posteriori.

Distantia item à limine ingressus.

An in limine septum ferreum, lapideum, vel ligneum, alteriusve generis.

## De Capellis, &amp; altaribus minoribus.

**S**I quæ altaria sine capellis sint annexa parietibus, vel hemicyclis, seu niccis, commonstrentur, cum mensura latitudinis, altitudinis, ac concavitatis hemicycli, seu nicci; & quibus locis.

Mensura longitudinis, latitudinis, & altitudinis capellæ.

Item pavimenti eius à reliquo pavimento, tum plani bradellæ à pavimento capellæ distantia.

Eius tectum, an fornicatum, seu tabula-

tum, vsupra.

Quo loco fenestræ sint, ostiæve.

De illarum item & altarium septos.

## De Campanili.

**Q**uo loco in ecclesiæ.

Quo loco eius ostium.

Quot campanæ.

Quæ formæ campanilis.

## De Baptisteris.

**Q**uo loco.

Quæ forma.

## De Cœmeteris.

**Q**uo loco sit.

Quæ longitudo, & latitudo.

An in cœmeterio seruitus, transitus, aut fenestrarum prospectus parcho, vel alij, etiam laicis.

An muris septum.

## De situ exteriori.

**A**N situs à lateribus ecclesiæ & à tergo capellæ maioris sit ipsius Ecclesiæ, aut saltem publicus; atque ita amplius, vt locus sit capellis construendis, ampliandisve, vt opus aliquando erit. An si non ita sit, pretio tamen comparari facile possit. Idem commonstrandum est de finibus & situ ante ianuam seu faciem Ecclesiæ, si quando ab ea parte ecclesiam ampliari opus esset.

## De Sacristia.

**Q**uo loco sita sit.

Quæ longitudo, latitudo, altitudo.

Quo loco oratorium.

Quo loco labellum lauatorium.

Quo loco fenestræ.

Quo loco Ostia.

## De Aedibus Parochialibus ecclesiasticisve.

**A**N Ecclesiæ annexe immediatè, vel media cohorte vel horto, & eiusmodi.